



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Sollicitudinem nostram in Deum debemus proiicere propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Sollicitudinem nostram in Deum
debemus proiicere
propter tria.*

1. Pet. 5 **P**rimo, quia scriptura docet. Petrus ait. Omnem sollicitudinem uestram proiicientes in eum, quoniam ipsi curæ est de uobis. **Psal.** Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet, &c. Secundo, quia nullus sperans in eo, derelictus est. **Eccl. 2** Ecclesiasticus. Scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est, **Auguf.** &c. P. Augustinus. Proiicite in deum, non est ita crudelis, ut se eripiat, & te cadere permittat. Tertio quia ipsi curæ est de nobis. Et notandum est, quod triplex cura est deo de nobis. Prima est prouisionis, quæ duplex est, scilicet, iure paternitatis, & dominij. de iure enim naturali ad patrem pertinet filiis suis prouidere, nisi culpa eorum hoc impediatur. **Matt. 6** Mat. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, &c. Sequitur. Scit enim pater uester, quia iis omnibus indigetis. Ad dominum etiam pertinet necessaria prouidere eis, qui sibi debito modo seruierunt. Seruorum enim est cogitare, ut uoluntatem dominorum

suorum impleant, dominorum uerò est cogitare, ut seruis necessaria prouideantur. Secunda est cura sanationis. sollicitus est enim curare omnes infirmitates nostras, si eas per confessionem ostenderit. P. Augustinus. Sanat te dominus, confitere tamen peccatum tuum. Ideo Propheta dicebat. Sana me domine & sanabor, &c. Tertia est cura defensionis. defendit enim nos ab hostibus nostris, nec permittit nos tentari ab eis supra id, quod poterimus sustinere. nam ipse est protector omnium sperantiũ in se. Et Bernardus. Quid enim timendum nobis, si adest qui portat omnia? & quid nocere poterit eorum quæ sub celo sunt eis quos Deus cæli protegere, & conseruare uoluerit? Vnde Psaltes. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ a quo trepidabo? &c.

1. Cor. 13

2. Tim. 2

Augus.

Psal. 6. & 29.

1. Co. 10

Psal. 17

Bernar.

Psal. 28

Serpentis prudentia in quatuor cognoscitur.

Primo, quia caput suum custodit, pro eo totum corpus exponedo. sic sancti uiri pro Christo, qui est caput nostrum, & eorum